sic et iste adversarios est insecu-
tus bellans cum ipsis super rivulo
Bebingen[a] in silva Waramde[b], ubi
et triumphavit. Inter captivos
autem plures erat comes de Lyningen[c]
qui cum magna verecundia ductus est
in sanctum Naborem, deinde in Mar-
sallum; postea per sententiam priva-
tus est feodo, quod ab episcopo te-
nuit, videlicet advocatia de sancto
Nabore et valle[a] de Remely ac aliis
locis, conceſſumque est domino Go-
dilmanno de Dorswike militi ballivo
episcopi, cuius heredes hodierna die
tenent[b] et poſſident. Sicque ad ni-
chilum deductus est in conspectu eius
malignus et inimicos suos humilia-
vit, manumque miſit super eos
adiutorio divino, nec est datus tra-
dicioni locus. Hic postquam eccle-
siam Metensem 14 annis in statu sa-
lubri tenuit, obiit[a] tercio anno domi-
ni Bonifacii pape VIII, die penultima
Novembris et iacet in choro sancti
Stephani[a].

Episcopus Gerhardus LXVII[us].

Domino Bochardo ad regimen ecclesie
Metensis ſucceſſit dominus Gerhardus
de Relaingy episcopus Metensis 67.,
anno Domini 1297. Hic primo[a] pro-
creavit omnes [a] salinas pro episcopatu
in medio vico et Marsallo, licet antea
saline eſſent ibidem, non tamen pro
episcopatu omnes quia multi iure hereditario

a/ bebīgē
b/ Warāde
c/ lynīngē
a/ et in valle corr. et valle c.
b/ illud superscr. man. rec.
a/ obiit corr. obiit man. rec.
a/ post vocem Stephani praebuit Impe c.
a/ p̄ corr. man. rec. p̄.